

Sancto Vincencio, eo quod erant hermas et destructas nostras casas ipsas de Cesaraugusta, ut eas edifices et eas adopes sicuti tu melius facere potueritis, cum Dei auxilio, et ut similiter habeas et teneas omnes earum hereditates quod pertinent ad dictas supradictas cassas, ut eas popules ad servicium Dei omnipotentis et tuum, in tali conuenio ut semper in unoquoque anno dones inde tributum ad Deum et beato apostolo Petri de Siressa uno poteo olei ad illos canonicos, et prout ad opus de illo altare una libra de cera et una libra incensi. Et si venerit ille abas de Siressa a Cesaraugusta, ut dones ei comendo una vice in anno, per ad tres homines et cebada per tres vestias; et tu faciendo istum tributum ut habeas et possideas hoc donativum supra scriptum liberum et saluum, ad tuam propriam voluntatem, tu et filii tui et omnis generacio vel posteritas tua illud tributum redendo, per secula cuncta, amen.

Facta vero hanc cartam donacionis era M<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. LXX<sup>a</sup>. I<sup>a</sup>., in mense februario, apud villam vel castrum que vocatur Supratelle.

Hoc donativum suprascriptum quod dedit domnus Eneco, gratia Dei abax, cum consilio regis domni Alfonsi, nos clerici de Siressa laudamus et confirmamus ad te domnum Arnaldum de Sancto Vincencio; laudatores huius donacionis fuerunt clerici de Siressa Blasco sacrista et Galindo elemosinarius et Sancius et alii clerici y laici conversi.

Hoc tributum debet solvere Arnaldum de Sancto Vincencio in unoquoque anno mediante quadragessimā.

1134, noviembre. Jaca

34

*Ramiro II el Monje, rey de Aragón, concede a los vecinos del valle de Echo, con el consentimiento de Iñigo, abad de Siresa, privilegio de ingenuidad.*

ACH, armario 9, núm. 294, letra visigótica, original (A).

Ed. F. BALAGUER, *La Chronica Adefonsi imperatoris y la elevación de Ramiro II al trono aragonés*, en "Estudios de Edad Media de la Corona de Aragón", VI (Zaragoza 1956), pág. 35.

Ed. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 137.

[*Crisión*] In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Ego quidem Ranimirus Dei gratia rex, facio hanc kartam ingenuitatis vobis todos homines et feminas de val de Ego maiores et minores. Placuit mihi libenti animo, obtimo corde et spontanea voluntate et propter servicium quod mihi fecistis et cotidie facitis, et pro amore quod sedeatis meos bonos fideles et per consentimentum de domno Enneco meo capellano et abbate de Siresa ingenuo vobis illa carnatura quod solebatis dare usque hodie quod de hic in antea non detis ulla carnatura de bakas nec de oves nec de porcos nec de illo cordero quod solebatis dare, non detis de hic in antea maius amplius ad me nec ad ullus alius homo de tota mea terra, sed sedeatis inde ingenuos et liberos et securos vos et filios vestros et omnis generacio vel posteritas vestra salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per cuncta secula seculorum, amen.

Signum [*signo*] Ranimiri regis.

Facta carta ingenuitatis era M<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. LXX<sup>a</sup>. II<sup>a</sup>., in mense novembris, in villa que dicitur Iaca, regnante me Dei gratia in Aragon et in Superarbi sive in Ripacurcia, episcopus don Dodus in Osca, episcopus Garcia in Cesaraugusta, episcopus Mikael in Tarazona, comes Ermengaudus Urgellensis in Boleia, comes Arnal Mir Palgarensis in Boil, vicecomitissa de Beharne in Zaragoza et in Unocastello, Lope Lopiz in Kalataiub



et in Sos, Bertran in Exeia, Castange in Bel, Martin Galindez in Aierbe, Fertungo Galindez in Osca, Lope Fortungones in Albero, Ferriz in Sancta Eulalia, Fertungo Dat in Barbastro, Alamanzon in Montecluso, Lope Sanz in Atares.

Et ego Raimundus scriptor, sub iussione domni regis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [*signo*] feci.

1134, noviembre. [Jaca].

35

*Ramiro II el Monje, rey de Aragón, hace varias donaciones al monasterio de San Pedro de Siresa y al abad Iñigo.*

ACH, *Extravagantes*, pergamino en muy mal estado de conservación. Le falta un trozo en su parte derecha, debido a lo cual no termina ninguna línea. Letra visigótica. Original.

Ed. F. BALAGUER, *La Chronica Adefonsi imperatoris*, pág. 36.

Ed. DURAN GUDIOL, *Colección diplomática*, núm. 138.

[*Crismón*] Sub nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego quidem Ranimirus, Dei gratia [Aragonensium rex, facio hanc cartam ingenuitatis] et libertatis Domino Deo et Sancto Petro de Siresa et vobis domno Enneco meo capellano, abbati et canonicis vel clericis ibi[dem loci Deo servientibus, obtime corde] et spontanea voluntate et pro amore Dei et remedium anime patris et matris mee et fratris mei Petrus et Ildefonsus, cui sit requies, [et ut Deus mihi adiuvet in totas meas] rancuras, et propter magnum servicium quod mihi fecistis de illo carnale quod laxastis ad illos barones de Exo quod vobis solebant donare ... .. / et confirmo et ad Sancto Petro predicto de Siresa villas quod sunt de illa Espite in surso et de

illa ponte de Xavierre [gai ...] / et Suera et balle de Araues cum toto ... lures directaticos, heremos et populatos ... / de Iaca. Et ita addorco et confirmo ista ... parabola quam abetis illam scripta in illa carta . . . / requies. Similiter dono vobis et concedo illas ecclesias de Alfaro, de villa sive de burgo, cum totos lures directaticos quod... .. / quod ibi abeat illo episcopo qui habuerit... magis directum. Et ut habeatis et possideatis hoc donativum supra scriptum totum [quietum et securum], / et liberum et francum, per facere inde totam vestram voluntatem vos et omnes successores vestros, salva mea fidelitate et [de omni mea posteritate]. / Et si aliquis de meis voluerit ibi dicere nisi ad monasterio predicto, cum Iudas Scariot et cum Ananias et Safira qui ante pedes apostolorum ceciderunt, [in inferno inferiori habeat portionem].

Signum Ranimiri [*signo*] regis.

Facta carta confirmationis era M<sup>a</sup>. C<sup>a</sup>. LXX<sup>a</sup>. II<sup>a</sup>., in mense novembris, in villa [que dicitur Iaca], regnante me Dei gratia [rex in Aragona et in Superarbi et] in Ripacurcia, episcopus Dodus in Hosca et Iaca, episcopus Garssias in Cesaraugusta, episcopus Micael in Tiraçona, comes Ermenaudus de Urgello in [Boleia, vicecomitissa de] Bearne in Uncastello, Castang in Biele, Fertung Galindiç in predicta Goscha, Lope Fertungones in Albero, Ferriç in Sancta Eulalia, Alamaçon [in Montecluso, Enneco] / Lopiç in Napal, Betran in Exeia, Martin Galindiç in Ayerbe, Sancio Necons nepote Caxal in Marcorllo, Lope Lopiç fratre Ato Aurelio ... .. / Petro Tiçon in Balterra et Montacut, Iohan Didaç in Malonda et Arguedas, Petro Taressa in Borga, Gonçalbo Petriç in Alagon ... .. / Garcia Garçeç de Osca et Garcia Garçeç maiordomo.

Ego Andreo scriptor regis, sub iussione domni mei, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum [*signo*] feci.